



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xviiij. Ad sanguineum mictum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

perlues, atque pabulo cyminum miscebis. garum præsentē cane decoques. delectatur namque eius odore. præbeto cani de omni frumentorum genere, donec ad saturitatem expleas.

Ad tussim canis.

CAnis si tussi laboret, accipe morticiniū animalis, vt equi, aut cuiusuis etiam id genus, & quam chelidoniam dicunt; terito vna cum lacte caprino, ac cani vt bibat dato, atque breui morbo suo liberabitur.

Ad inflammationem ventris aut inflationem.

PArum aceti illi exhibeto, & extemplo dolorem sistes.

Ad sanguineum mictum.

SI minxerit sanguinem canis, lentem eum primum in lacte coques, & coriandri succum, & piperis grana xxv. & olei communis sextariolum vnum, & aliam heminam lentis cum lacte coque & olei vncijs duabus; atque in vnum redige; quibus deinde canem perungito.

Ad vrina difficultatem.

PAnem lacte caprino madidum, interdium vt edat, bis dato.